Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

riam formares atque distingueres. non erat aliquid. non color.
non figura. non corpus. non spiritus. non tamen omnino nichil. erat
quedam informitas sine ulla specie. quid ergo uocaretur. quo
etiam sensu tardioribus utcumque insinuaretur. nisi usitato
aliquo uocabulo. Quid autem in omnibus mundi partibus re
periri potest propinquius informitati omnimode quam
terra et abyssus. Minus enim speciosa sunt pro suo gradu in
fimo. quam cetera superiora perlucida et luculenta omnia.
Cur ergo non accipiam informitatem materie. quam sine specie spe
cie feceras. unde speciosum mundum faceres. ita com
mode hominibus intimatam. ut appellaretur terra in
uisibilis et incomposita. et cum in ea querit cogitacio
quid sensus attingat. et dicit sibi non est intelligibilis for
ma. sicut uita. sicut iusticia. quia est corporum. neque sensibilis.
quoniam quid uideatur et quid sentiatur: inuisibili et incom
posita non est. dum sibi hec dicunt humana cogitacio
conetur ea uel nosse ignorando uel ignota renoscendo.
Ego uero domine si totum confitear domine tibi ore meo et cala
mo meo. quidquid de ista materia docuisti me. cuius antea
nomen audiens et intellegens: narrantibus mihi eis qui non
tellegerent. eamque cum speciebus innumeris et uariis co
gitabam. et ideo non eam cogitabam. fedas et horribiles formas
perturbatis ordinibus uoluebat animus. sed formas tamen
et informe appellabam. non quod careret forma. sed quod talem
haberet. ut si appareret insolitum et incongruum. auer
saretur sensus meus. et conturbaretur infirmitas hominis. Ve
rumtamen illud quod cogitabam non priuatione omnis
forme. sed comparatione formosiorum erat informe. et
suadebat uera ra[tio]cio. ut omnis forme qualescumque